

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra ag cum fonte primo

Sacra scriptura

Quamuis omnem scientiam atque doctrinam scriptura sacra sine aliqua comparatione transcendat, ut taceam quod uera praedicat, quod ad caelestem patriam uocat; quod a terrenis desideriis ad superna amplectenda cor legentis immutat; quod dictis obscurioribus exercet fortes et paruulis humili sermone blanditur, quod nec sic clausa est ut pauesci debeat, nec sic patet ut uilescat, quod usu fastidium tollit, et tanto amplius diligitur quanto amplius meditatur; quod legentis animum humilibus uerbis adiuuat, sublimibus sensibus leuat, quod aliquo modo cum legentibus crescit, quod a rudibus lectoribus quasi recognoscitur, et tamen doctis semper noua reperitur; ut ergo de rerum pondere taceam,

omnes sciencias

scientias tamen omnes

atque doctrinas ipso etiam

locutionis sue more transcendit quia in uno eodemque sermone, dum narrat textum, prodit misterium. Et

locutionis suae more transcendit, quia uno

eodemque sermone dum narrat textum,

prodit mysterium, et

sic scit praeterita dicere, ut eo ipso nouerit futura praedicare, et non immutato dicendi ordine, eisdem ipsis sermonibus nouit et acta describere, et agenda nuntiare; sicut haec eadem beati Iob uerba sunt, qui dum sua dicit, nostra praedicit; dumque lamenta propria per sermonem indicat, causas sanctae Ecclesiae per intellectum sonat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20, 1 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1003, ll.1-21).

sicut misteriis sapientes exercet, sic superficie simplices refouet. Habet enim in publico unde paruulos nutriat, et seruat in secreto unde mentes sublimium admiratione suspendat. Quasi quidam fluuius, ut ita dixerim, planus et altus in quo et agnus ambulet et elephas natet.

Diuinus etenim sermo

sicut myteriis prudentes exerciet,

sic plerumque superficie simplices refouet.

Habet in publico unde paruulos

nutriat, seruat in secreto unde mentes

sublimium in admiratione suspendat.

Quasi quidam quippe est fluuius, ut ita

dixerim, planus et altus, in quo et agnus

ambulet et elephas natet.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, ad Leandrum, 4 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.6, ll.173-178).

Mirabilis fluuius est iste qui est ita planus quod ibi agnus, id est simplex et illitteratus, potest siccis pedibus transire, et elephas, id est magnus et subtilis, posset natere, immo posset se submergere.

[fons nondum repertus]

Gregorius in prologo moralium.